



1. Melchioris Schmidij diss. de Linguis sacris. 1685
2. Joh. Bernh. Hahn Diss. de appellatione Linguae
Hebraeae, quae dicitur Sancta. 1712
3. Joh. Henr. Henel Diss. de vocis, quam Hebraei vocant
Ella. 1673
4. Valent. friderici Diss. de filia vocis. 1670
5. Henr. Liedert Diss. de mandato scribendi novum testam.
1719
6. Joh. Henr. Lyrj Diss. de usu Linguae Syriacae 1726.
7. ejusdem de historia Linguae Sanctae. 1726
8. Mich. Gherckie Diss. de fama Graecae Linguae. 1716
9. Joh. Bernh. Hahn Diss. exhibens decadem observa-
tionum philologicarum, e Literatura Graeca, Chr.
10. ejusdem, de appellatione Linguae Graecae, quae dicitur Sancta
1715
11. ejusdem, Diss. exhibens decadem observationum
philologicarum e Literatura orientali. 1715.
12. Bernh. von Sander Diss. de Aora, 1709.

13. pauli. Rube diff. de uirg. Auroz. 1686.
 14. Jac. Sahmij. diff. de uirg. Auroz. 1688.
 15. Christ. Gabr. Fischer examen scripti theopl. Amilij
 16. G. Frid. Ruzgal diff. II. exhibentes Jesum C. totius
 theologie fundamentum. 1725.
 17. Henr. Lysij programma. 1725.
 18. Jo. pomar. pefarouij diff. de christo eterno patris filio
 1700
 19. Joh. phil. Pfeifferi diff. ex Esaiâ XLV. v. 14-15. 1685
 20. Bernh. v. Sanden diff. de diuinitate Christi. 1689.
 21. Coeli. Mislenta diff. de Deo patre eijusq. filio unigenito
 1622
 22. Mart. Sgher. Grabe diff. de unione duarum in Christo
 naturalium. 1663
 23. Joh. Affelmanni diff. de persona Christi Salvatoris.
 1614.
 24. Bernh. v. Sanden diff. de sanctissimo nomine Jesu
 1702.
 25. ejusdem diff. de sanctissimo nomine Christi. 1702.
 26. Christ. Walther de uirg. German. 1711.
 27. Frid. Deutsch diff. de obumbratione spiritus S. super
 maria. 1708.
 28. G. Henr. Gaetzi problema, num. Maria Jesum pariens
 obstetricis opera fuerit usa. 1707.
 29. Frid. Deutsch diff. de uera carnis Christi. 1702.
 30. Coeli. Mislenta diff. de Angelica annuntiatione incarna-
 tionis filij Dei. 1623.
 31. Joh. Frid. Moseri sermo de Stella Mayorum. 1681
 32. Sig. Hochmuth diff. de magis ad cuius Christi propereantibus
 1689.
 33. Dan. Rhoden de magis primis Salvatoris ueneratoribus.
 1681
 34. Bern. pieteti diff. quatuor de magno pietatis mysterio
 1696
 35. Jo. Christ. Hilcher diff. de erroribus pietorum
 circa natiuitatem Christi. 1689.
 36. Bernh. v. Sanden diff. de pulchritudine Christi. 1711

37. Jac. Hildebrandi libellus de natalitjs veterum. 1661.
 38. Joh. Jac. Rhode Ess. de convivj natalitjs. 1716.
 39. Frid. Freytay Diss. de coronis convivialibus. 1712.
 40. G. Henri Goetes quaestio num sacerdoti convivj intersit.
 41. p. Rabe Diss. de victu Joh: Baptistae. ¹⁶⁷⁹ 1723.
 42. ejusdem, Diss. de amictu Joh: Baptistae. 1689.
 43. Joh: Musaei Diss. de ritibus baptismalibus. ¹⁶⁷⁹ 1712.
 44. Bernh. v. Sanden Diss. de apparitione spiritus s. in pccis. 166.
 45. p. Pesarovi Diss. de baptismo hereticorum. 1703.
 46. Frid. Baldvini Diss. de baptismo Calvinianorum. 1619.
 47. Joh. Ern. Seyers Diss. ex Marci XII. v. 41. 42, 1707.
 48. Joh. phil. Pfeifferi Diss. de significatione εννοειοζ. 1682.
 49. godoff. Wezneri Diss. de restitutione ablatis. 1707.
 50. Joh. phil. Pfeifferi Diss. ex Matth. XIX. v. 24, 1679.
 51. Christ. Gabr. Fischer Diss. contra theoph. Amelium. 1712.
 52. Joh. Bened. Carpzovi Diss. de asino Messid. 1671.
 53. Bernh. v. Sanden Diss. de persona et officio Messid.
 54. Mich. Behm Diss. de triplici officio Christi. 1639.
 55. Mich. Waltheri Diss. de novo Legislatore Christo. 1691.
 56. Andri. Dan. Habicht horst Diss. ex Isaii XI. v. 4 = 8. 1691.
 57. Bernh. v. Sanden Diss. de operationibus theandr. C. 1691.
 58. Christoph. Frid. Baumgarten Diss. de miraculis. 1721.
 59. Henri. Lysij Diss. de defectu miraculorum. 1717.
 60. Joh. Hülsemanni Diss. ex Isaii LIII. 1639.

DISPUTATIO INAUGURALIS
EXHIBENS

**FAMAM GRÆCÆ
LINGVÆ PER ORBEM
MANIFESTATAM, DIVI-
NAM, ILLUSTRAM
ET DOCTAM,**

Quam

**DIVINA FAVENTE GRATIA,
EX DECRETO
AMPLISSIMI SENATUS ACADEMICI,
PRO LOCO
PROFESSIONIS GRÆCÆ LINGVÆ
ORDINARIO,
DOCTORUM DISCUSSIONI EXPONIT
PRÆSES**

M. MICHAEL Behrfe/

Professor græcæ lingvæ Ordinarius constitutus.

RESPONDENTE

JACOBO BEHREND, Insterb. Pruss.

S. M. Candidatò.

IN AUDITORIO MAJORI
HORIS ANTE ET POMERIDIANIS

Anno 1716 die 28. Maji.

REGIOMONTI, Literis REUSNERIANIS.

PATRI PATRIÆ,
AVGVSTISSIMO, SERENISSIMO atq; PO-
TENTISSIMO PRINCIPI AC DOMINO,
DN. FRIDERICO
WILHELMO,
REGI BORUSSIÆ,
MARCHIONI BRANDENBURGICO,
S. R. I. ARCHI-CAMERARIO ET ELECTORI,
SUPREMO ARAUSIONENSI, VALLANGINENSI ET NEO-
COMENSI PRINCIPI,
MAGDEBURGI, CLIVIÆ, JULIÆ, MONTIUM,
STETINI, POMERANORUM, CASSUBIORUM, VANDA-
LORUM ET MEGAPOLIS, ITEM IN SILESIA, CROSNÆ
DUCI,
BURGGRAVIO NORIMBERGENSI,
PRINCIPI HALBERSTADII, MINDÆ, CAMINI,
VANDALIÆ, SVERINI, RACEBURGI & MEURSIÆ,
COMITI HOHENZOLLERIÆ, RUPINI, MARCÆ;
RAVENSBERGÆ, HOHENSTEINII, TECKLENBURGI,
LINGÆ, SVERINI, BURÆ & LEERDAMI,
MARCHIONI VEHRÆ & VLISSINGÆ,
DYNASTÆ RAVENSTEINII, ROSTOCHII, STARGARDIÆ;
LAUENBURGI, BUTOVIE, ARLAIÆ AC BREDÆ, &c. &c. &c.
REGI AC DOMINO SVO LONGE CLEMENTISSIMO;

*Hanc disputationem subjectissima
offere*

M. MICHAEL Schtel
Prof. Græcæ Lingvæ Ord.

§. I.



Um à SACRA REGIA MA JE-
 STATE IN PRUSSIA, in hâc Illustri
 Academiâ Regiomontanâ, mihi Professio
 Græcæ Lingvæ Ordinaria, Clementissimè
 sit demandata: Hinc officio meo satisfac-
 turus, literaturam Græcam ex professò è
 Cathedrâ publicis disputationibus pertra-
 ctandam suscepi. Ad hoc autem exequen-
 dum, methodò Analyticâ opus esse, judi-
 ciod omnium doctorum virorum, existimo.

Gloriantur hodiè multi multum de re literariâ, cum tamen ne qui-
 dem tyrones sint in Analyticis, & se tales etiam esse publicè profite-
 antur. Verùm qui tyro in Analyticis est, in omni quoque studio-
 rum genere talis est, quia Analytica veram & solidam eruditionem
 unicè parit, ac methodò scientificâ, omnes scientias *arguibus* discuti-
 tit. Græcam igitur literaturam per Analyfin ad prima ac immediata
 principia reducam, indeque conclusiones necessariò cohærentes sub-
 nectam, uti *Philosophorum Præco* ARISTOTELES *lib. 1. Post. Ana-*
lyt. c. 2. hoc circâ methodum & demonstrationem Analyticam neces-
 sariò postulat. Plures literariæ cultores putant, se jam satisfecisse fini
 suo, quando scriptores secundùm seriem enarrârunt. At verò sci-
 ant, quod sine quidem prima rudimenta habeant veræ & genuinæ rei
 literariæ, quoniam hæc quatuor constituit partes principales, &
 juxtâ methodum Analyticam (1.) quoad suam originem, (2.) varia
 sua incrementa & decremента, (3.) diversas doctorum opiniones,
 & (4.) secundùm scriptores celeberrimos examinanda venit. Hâc
 methodò scientificâ & accuratâ, ego quoque literaturam græcam in-
 vestigaturus, initid prima ejus ac immediata principia seu originem,
 deinde incrementa ac decremента, diversas Doctorum in Criticis
 præpimis sententias, & græcos tandem Scriptores secundùm ætates
 seculi sui celeberrimos, multis disputationibus dilucidè enucleabo,
 unde juvenus Academiça non parùm commodi suò tempore est per-

A 2

sc ptu-

4
ceptura. Antequam verò id præstem, necessitas requirit, cum studium græcum jam paucos inveniat cultores, ut in antecessum literatura græca in suâ dignitate ac necessitate præsentetur, cujus gratia quoque rubrum nostræ disputationis de **FAMA GRÆCÆ LINGVÆ PER ORBEM MANIFESTATA, DIVINA, ILLUSTRÆ ET DOCTA** exhibitum.

§. II.

FAMA GRÆCÆ LINGVÆ PER ORBEM TERRARUM MANIFESTATA intelligitur exindè, quia græca lingua ante & post Christum natum omnibus ferè gentibus fuit cognita. Quocirca CICERO pro Archia ait: *Si quis minorem glorie fructum putat ex græcis vocibus percipi, quàm ex latinis, vehementer errat, propterea, quod græca lingua in omnibus ferè gentibus, latina verò suis finibus exiguis continetur.* Amplificata est lingua græca per orbem terrarum, partim per philosophica scripta Græcorum eruditissima, partim quoque per victorias & Monarchiam Alexandri Magni, unde factum, quod variarum nationum homines græcè scripserint, Anacharsis Scytha, Phavorinus Arelatensis, Porphyrius Phœnix, Jamblichus Syrus, & Ptolomæi, Ægyptii. Imò & Judæi lingvæ græcæ gnari fuerunt, uti patet ex versione Septuaginta duorum interpretum. Hâc occasione Evangelistæ & Apostoli Scriptura Novi Testamenti lingvâ græcâ consignârunt omnibus gentibus tum temporis notissimâ.

§. III.

FAMA GRÆCÆ LINGVÆ DIVINA innotescit ex textu græcò Novi Testamenti Originali, quem Spiritus Sanctus viris sanctis immediatè in calamus dictavit: proinde Divinum quid in hâc lingvâ comprehendi manifestum est. Quod de Evangelio Matthæi hebraicè, Marcilatinè & Epistolâ ad Hebræos hebraicè scriptâ circumfertur, ex hõc præcipuè capite refutatur, quia Scriptura **Novi**

Novi Testamenti non saltem Judæis, sed & omnibus gentibus exhibenda fuit propter informationem. Ergò necesse erat, ut conciperetur in lingvâ græcâ gentibus eâ ætate omnium perspicacissimâ.

§. IV.

F A M A G R Æ C Æ L I N G V Æ I L L U S T R I S
ad instar jubaris cælestis, Augustissimorum ac Serenissimorum Imperatorum, Regum, Principum, Illustrissimorum Comitum aliarumque Personarum Illustrium studiis serenat. **AUGUSTUS IMPERATOR ROMANUS** non tantum victoriis & triumphis, sed etiam græcarum literarum scientiâ celebris, apud **C. SVET. TRANQUILLUM** c. 89 p. 84. sic deprædicatur, quod non leviore studio græcarum literarum disciplinam sibi acquisiverit. Et **JOH. AVENTINUS** in *Annal. Bojorum lib. 1. p. 80.* ipsum laudat, *quod Princeps belli pacisque artibus juxta Clarissimus, versâ, prosâ, græcè, latinè valuerit.* **TIBERIUS NERO CÆSAR** te sse *Suctonio citato cap. p. 86. artes liberales utriusque generis studiosissimè coluit, & græca poemata fecit.* **TIBERIUS CLAUDIUS** Imperator ad eò insignis in græcis fuit, ut, asserente **SVETONIO** c. 42. p. 188. magnâ curâ græca studia semper secutus, amorem præstantiamque lingvæ, omni occasione professus, multumque pro tribunali etiam Homericis Versibus locutus sit. **TITUS FLAVIUS VESPASIANUS & HADRIANUS** in lingvâ græcâ versati fuerunt, omnium autem versatissimus fuit **MARCUS ANTONINUS** Imperator Romanorum, de quò **AVENTINUS** in *Annal. Boj. lib. II. p. 109.* confitetur, quod sapientissimus gravissimusque Principum, omni virtutum genere se exercuerit, literarum studio nemini Græcorum Romanorumque secundus. De libris hujus Imperatoris consulatur **GERH. JOH. VOSSIUS** de *Historiis græcis lib. 2. c. 14. p. 226.* **VAL. ERNEST. LOESCHERUS** in *bibliotheca purpuratâ*, & **M. CAROLUS ARNDIUS** in *Schediasmate Bibliotheca græca difficilioris.* **SEVERUS** Imperator, **ALEXANDER SEVERUS, MAXIMINUS JUNIOR, CONSTAN-**

STANTINUS MAGNUS, CAROLUS MAGNUS, OTTO SECUNDUS & TERTIUS & FRIDERICUS SECUNDUS Imperatores græca sibi reddiderunt familiaria, & ergà hoc studium singulari flagrârunt amore vid. CUSPINIANUS *de Imperatoribus* p. 67. 88 277. GERH. JOH. VOSSIUS *de Histor. græcis lib. 4. cap. 17. p. 483.* JULIUS CAPITOLINUS, T. II. *Hist. Aug. Script. p. 60. 61.* CHRIST. MATTHIÆ *in Theatrò Historicò p. 659.*

S. V.

PTOLOMÆUS PHILADELPHUS, REX ÆGYPTI, scripturam V. T. à Septuaginta duobus Interpretibus in græcam linguam transferri curavit, & ipse Carmina græca scripsit, *vid. dissertat. Histor. GREENII de Prolometo Philadelphò. Ægypti Rege & Christoph. CELLARIUS de 70. Interpretibus.* FRANCISCUS I. REX GALLIÆ, cujus nomen Musæ in secula venerantur, ac Principem Musarum Amatorem & ingeniorum æquum æstimatorem nominant, viros in literaturâ græcâ doctissimos ex multis terræ locis magnâ curâ convocavit, eosque nutritivit, quò Galliâ iis superbire ac literarum gloriâ florere posset. Quocirca in laudem Regis erumpit STÉPHANUS DOLETUS *in Commentar. linguæ latinæ dedicat. sequentibus: Cui jam nationi studiorum literarumq; laude Gallia se non aequat? cui vel græcâ vel latinâ eloquentiâ cedit? cui primas disciplinarum omnium cognitione defert? Barbaros nos, quod solebant, contumeliosè appellare jam verentur sempiterni Gallicæ gloriæ hostes. Qui sibi solis dicendi scribendique laudem tanquam patriam & avitam insolenter arrogabant, hujus usurpationis socios nos admittunt, speq; diuturnioris triumpho depulsi, suum Gallos locum in literarum curriculò tenere insidiari non audent. At cujus hic fructus est, nisi tuæ literarum satiationis? Tuus sanè hic fructus, tua hæc est unius gloria, tua hæc laus divina atque immortalis, quam in perpetuum posteri certatim concelebrabunt, quam sequenti deinde posteritati, ne intermoriatur, tradent, & hæc à Majoribus*

7

bus imbuti opinione, ea quoque minores vicissim imbuent, Francisci
Valesii caelestis numinis, non hominis sapientiâ, humanitate, be-
nignitate, literas in Galliâ fuisse hâc ætate confitas, cultas, pro-
pagatas, in honore habitas, summo dignitatis gradu collocatas.
In tuae hujus tam immense tamque infinitae laudis societatem venire,
nemo ullâ ex parte potest, neque tu partem cuique ulli dare, si
summè velis, possis: itâ superi munus hoc totum esse tuum non
tibi cum quopiam commune voluerunt. Singulare quoddam fa-
tum tibi hoc largitum est, ut te Rege litera in Galliâ nasceren-
tur, te Rege oriretur virtus, te Rege celebrarentur disciplinarum
omnium, artiumque studia. Notandum verò, quod FRAN-
CISCUS I. non græcarum literarum culturam saltem in regno
suò propagaverit, verùm etiam ipse græcas literas plenè ore
imbiberit. Ejus causâ legi merentur verba D. JOH. BURCH.
MENCKENII in eruditò programme, quibus Francisci Regis
eruditionem in græcis ita delineat: *Primas fortè tenet Rex Gal-
liæ Franciscus I. Heros incomparabilis, qui græcos, latinos &
gallicos versiculos scribebat non inelegantes.* JO. SLEIDA-
NUS *de statu religionis lib. 19. p. 419.* & PAULUS JOVIUS
in Elogiis lib. 6. p. 345.

§. VI.

HEINRICUM OCTAVUM & EDUARDUM VI.
REGES ANGLIÆ, PHILIPPUM ELECTOREM PA-
LATINUM, GEORGIUM PRINCIPEM ANTALTI-
NUM, MAURITIUM HASSIÆ LANDGRAVIUM,
HEINRICUM JULIUM DUCEM BRUNSVIC. & LU-
NEBURG. GUSTAVUM ADOLPHUM, MECKLEN-
BURGENSIUM DUCEM, OTTONEM WILHELMUM
KÖNIGSMARCK, GUSTAVUM ab HELMFELD, HEIN-
RICUM SAVILIUM, CÆSAREM à BREITENBACH
& ALBERTUM KRACKEWITZIUM, græca, multò studiò
excoluisse ex Historiâ græcâ literariâ manifestum est.

§. VII.

FAMA GRÆCÆ LINGUÆ DOCTA

exhibetur (1) in scriptis doctorum virorum eruditissimis, qualia sunt Patrum græcorum, Jurisconsultorum, Medicorum & Philosophorum, de quibus in subsequen-
 tibus disputationibus ex Professo circa scriptores græcos sumus acturi. (2) Exhibetur Fama græcæ linguæ docta in omnibus scientiis. Ità nemo scripturam Novi Testamenti explicabit sine linguâ græcâ, quia ejus textus originalis græcus est. Quot occurrunt termini in scientiis ex græcô fonte derivandi. Ut alias silentiò præteream, vel unicam Mathesin adducere liceat, in hac Polus arcticus & antarcticus, Zodiacus, Horizon, Coluri, Tropici, Zonæ & Climata enodantur: at verò quis hos terminos origine græcos esse, non percipit? quis eos sine linguâ græcâ intelligit? Scripta Platonis & Aristotelis Majori cum fructu leguntur in suis fontibus, quàm versionibus. Latina linguæ, doctis usitatissima, ex fundamentò non percipitur sine linguâ græcâ, quia inde multæ voces latinæ derivantur. Sic albus ab ἀλφός, algeo ab ἄλγος, dolor,ango ab ἀγγω stringo, augeo ab αὐξω, carbo à κάρβω sicco; arefacio, dico à δέλω ostendo, fax à φάω luceo seu à φάω lumen &c. &c. rectè deducuntur, de quibus in Criticâ nostrâ subsequenti uberius. In præsentia tantum de dignitate & necessitate græcæ linguæ notasse sufficiat.



00 A 6445

ULB Halle 3
002 937 573




5b.


12

1017

HL. 96.







DISPUTATIO INAUGURALIS
EXHIBENS
**FAMAM GRÆCÆ
LINGVÆ PER ORBEM
MANIFESTATAM, DIVI-
NAM, ILLUSTRAM
ET DOCTAM,**

Quam
DIVINA FAVENTE GRATIA,
EX DECRETO
AMPLISSIMI SENATUS ACADEMICI,
PRO LOCO
PROFESSIONIS GRÆCÆ LINGVÆ
ORDINARIO,
DOCTORUM DISCUSSIONI EXPONIT
PRÆSES

M. MICHAEL Behre/

Professor græcæ lingvæ Ordinarius constitutus.

RESPONDENTE
JACOBO BEHREND, Insterb. Pruss.

S. M. Candidatò.

IN AUDITORIO MAJORI
HORIS ANTE ET POMERIDIANIS

Anno 1716 die 28. Maji.

REGIOMONTI, Literis REUSNERIANIS.